



LITTERAE APOSTOLICAE

Nos,
vota Fratris Nostri
Ansgarii Cantoni,
Episcopi Comensis
necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu
multorumque christifidelium explentes,
de Congregationis de Causis Sanctorum consulto,
auctoritate Nostra Apostolica
facultatem facimus ut
Venerabilis Serva Dei

MARIA LAURA MAINETTI

(in saeculo: Teresia Elisabetha) religiosa professa
Congregationis Filiarum a Cruce, Sororum Sancti Andreae, martyr,
quae, in schola Iesu, credibilis testis caritatis et veniae facta est
usque ad sanguinis effusionem,
Beatae nomine in posterum appelletur
atque die sexta mensis Iunii,
qua in caelum orta est,
quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romae, Laterani, die decimo mensis Maii,
anno Domini bismillesimo vicesimo primo,
Pontificatus Nostri nono.

Francessi